

qui uult sua temperi conficere officia non enim illum
 expectare oportet dum herus se ad suum stiterit officium
 nam qui dormiunt libenter sine lucro & cum malo quiescunt
 nam ego nunc mihi qui impiger fui repperi ut piger si uelim siem
 hoc ego in mari quicquid inest repperi. quicquid inest
 graue quidem thesaurum hic ego inesse reor. nec mihi conscius
 est ullus homo nunc hęc tibi occasio pigre obtigit
 ut liberes ex populo preter te nunc sic faciam sicut
 consilium est ad herum ut ueniam docte atque astute
 auxiliatum pollicitor pro capite argentum ut sim liber
 nam ubi liber igitur demum instruam agrum. edes mancipia
 nam auro magnis mercaturam faciam apud reges rex perhibebor
 perostantim causa mihi nauem faciam atque imitabor stratonici
 oppida circumuestabor ubi nobilitas mea erit clara
 oppidum magnum comunibo et ego urbi grippo inda nome
 monumentum meae famae & factis. ibique regnum magnum instituam
 magnas res hic agito in mente instruere. nunc hanc uisulam condam
 sed hic rex cum aceto pransurus est et sale sine bono pulmento.

TRACHALIO S. GRIFFVS PISCATOR

Herul mane. Gri quid maneam. Tra dum hanc tibi quam trabis rudetes
 complico. Gri mitte modo. Tra at pol ego te adiuuabo nam
 bonum quod bene sit haud perit. Gri turbida tempestas heri fuit
 nihil heri adolescens piscum ne tu mihi esse postules
 non uides me referre uuidum rete. sine quo mox opto ire
 non edepol piscis expeto qui tui sermonis indigens
 Gri meas iam me odio quisquis est. Tra non sinam ego abire hinc te
 mane. Gri cauebis malo. quid tu malum nam me retrabis
 Tra audi. Gri non audio. Tra at pol qui audies post. Gri quin
 loquere quid uis eo modo. Tra est opere pretium quod tibi
 Ego narrare uolo. Gri eloquere quid id est. Tra uide nulpnam
 consequitur prope nos. Gri ecquid est quod mea referat
 Tra scilicet. sed bonus consilij. eo quid in te mihi est. Gri quid negocij est
 modo dic. Tra dicam tace. si fidem modo das mihi te non fore infidum
 Gri do fidem tibi fidus ero quisquis est. Tra audi furtum ego uidi
 qui faciebat noueram dominum id cui fiebat porro ad furtum
 ego met deuenio. seroq; ei conditionem hoc pacto. ego